La donna, e l'uom dell'isola Dittea;
Per più ragioni il bel regno di Creta
Maraviglia di lei non ebbe o pieta.

325

La prima fu, ch'ognun sapea del regno
L'odio, ch'al padre avea l'alto Motore,
E tenean certo, che 'l celeste sdegno
Avesse infuso in lei l'ingiusto ardore;
Nè men n'ebbe pietà per l'atto indegno
Che fe' Mileto contro il lor Signore,
Che vedendolo infermo, s'era armato
Per torre il regno al suo proprio cognato.

326

L'altra cagion, che non diè maraviglia
All'isola Dittea, che sotto il monte,
Ch'ha il capo di leon, la stanca figlia
Si fosse assisa, e trasformata in fonte,
Fu, che in una plebea casa e famiglia
Donna senza cangiar l'umana fronte,
Sforzò nel regno stesso la natura,
Come piacque alla Dea, che n'ebbe cura.

Inachis ante torum, pompâ comitata suorum,
Aut stetit, aut visa est: inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro,
Et regale decus; cum qua latrator Anubis,
Sanctaque bubastis, variusque coloribus Apis:* 690
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet;
Sistraque erant, nunquamque satis quaesitus Osiris,
Plenaque somniferi serpens peregrina veneni.

686. Inachis. *Isis, ex Io Inachi filia, ut lib.* 1. *v.* 729. *Hanc, inquit Diodorus lib.* 1. *alii Isidem, alii Cererem, et Thesmophoram, Lunam alii, nonnulli Junonem: opportune itaque adest parturienti, et in somnis. Namque, ut ibidem Diodorus, in somnis opitulatur eis quos censuerit dignos.*

687. Lunaria. *Isidis simulachrum muliebre erat cornutum. Herodotus in Euterpe. Colebatur autem Isis sub specie bovis, cujus corniculata forma referret Lunam; ut et Osiris sub specie bovis, cujus cornua pleno orbe coëuntia repraesentarent Solem. Alii autumant per vaccam Isin significari Ægyptum Osiri, id est, Soli suppositam, vel Osiri, id est Nilo inundatam.*

688. Cum spicis. *Est Isis, quae Graeca lingua dicitur* Δημήτηρ, *id est, Ceres.*

689. Regale. *Diadema corniculatum vel etiam aspidibus redimitum, quarum duo eriguntur, quae Lunam referant.* Anubis. *Deus* κυνοκέφαλος, *sive ille significet tempus, vel Horizontem, vel Nilum, vel Mercurium, vel Canem stellam, qui Solis recessus et Nili inundationis tempus denotat.*

691. Quique. *Harpocrates, Deus silentii, qui digito ori admoto taciturnitatis symbolum est.*

692. Sistraque erant. *Tympana. Erat enim crepitaculum aeneum, cujus agitatione sonitum reddebant, in sacri Isidis solemne.* Nunquamque satis quaesitus Osiris. *Deus est Ægyptiorum Isidis maritus: quem singulis quibusque annis Ægyptii et amissum, maximo cum moerore quaerunt, et inventum maxima cum laetitia persequuntur. Non tantum annuis sacris, sed singulis is ritus apud Ægyptios sacerdotes fuit, ut cum fletu prodirent, mox cum laetitia et cantu redirent: imitantes hoc Isidis exemplum.*

693. Plenaque somniferis venenis. *Aspis cujus morsu homines tamquam sopiti moriuntur. Micyllus crocodilum intelligit, cujus venenosus morsus insanabilis. Utraque Ægyptiis indigena, aliis terris peregrina.*

327

Or se il fonte Bibleo novo e fecondo,
A tutto il mondo maraviglia porse,
Eccetto a Creta, fu, che tutto il mondo
Non vide quel, ch' a Creta sola occorse.
Per isgravar tre donne d' un gran pondo
Iside a tempo apparve, e le soccorse;
La qual fe' sì gran dono a una fanciulla,
Che Creta più non si stupì di nulla.

328

Vivea nel territorio allor di Festo
Della plebe un buon uom, nomato Litto;
Fu d' incolpata vita, accorto, e onesto;
Ma far per povertà volle un delitto;
Or quanto fu incolpevole nel resto,
Tanto questo a gran biasmo gli fu ascritto,
Poichè quel mal col tempo venne in luce,
Al qual la povertà volle esser duce.

329

Vedendo grave alla sua moglie il fianco,
Con questo suon l' orecchie le percote:
Due voti io bramo: un faccia il tuo sen franco
Senza sentir le dolorose note;
L'altro è, che 'l parto tuo non abbia manco
Quel don, che 'l pel donar suole alle gote;
E come il terzo lustro abbia fornito,
Sia buon per prender moglie, e non marito.

330

Tu sai di quanto peso è una zittella,
Quanto la povertà ne dà tormento:
Or se pur vuol la sorte iniqua e fella,
Che 'l parto non prometta il pelo al mento,
(Perdonami pietà) di lei rubella
Fatti, e fa' il lume suo del lume spento;
E giunto a questo segno il parlar frange;
E chi parla, e chi ascolta, il danna e piange.

Cum velut excussam somno, et manifesta videntem
Sic affata Dea est: Pars ò Telethusu mearum, 695
Pone graves curas; mandataque falle mariti.
Nec dubita, cum te partu Lucina levarit,
Tollere quicquid erit. Dea sum auxiliaris, opemque
Exorata fero: nec te coluisse queréris
Ingratum numen: monuit, thalamoque recessit. 700
Laeta toro surgit, purasque ad sidera supplex

698. **Dea sum auxiliaris.** *Ad id alludit, quod (ut scribit Diodorus) Ægyptii asserunt, Isidem plurimorum inventricem fuisse ad morbos medicamentorum, et medicinae arti multa contulisse: quam immortalitate quoque potitam gaudere hominum cultu, inque eorum valetudine praecipue versari, quin etiam in somnis palam eis opitulari, quos censuerit dignos.* **Tollere.** *Educare, non exponere, non interficere.*

331

Prega allor Teletusa il suo consorte,
Che non si fondi in sì misera speme,
Che senza dare alla lor figlia morte,
Ben passeran le lor fortune estreme:
Sta l' uom nel suo parer costante e forte,
E mentre il vuol ridir, piangono insieme:
Prega ella, che 'l suo mal vede vicino,
L' Egizia Dea del suo favor divino.

332

Mentre la mezza notte a cader mena
Le prime stelle apparse in orïente,
E 'l sonno agl' animai lo spirto affrena,
Onde altri non intende, altri non sente,
La donna vinta dall' acerba pena,
Al sonno diè l' affaticata mente,
E vide, ch' al suo letto Iside apparve,
O, se pur non la vide, almen le parve.

333

Degli ornamenti regj ella era adorna,
Che dan le cerimonie altere e sante:
Le spighe, e l' oro, e le lunari corna
L' ornan la fronte, e 'l suo nobil sembiante:
Anubi il can fedel seco soggiorna,
Che suol custodia a lei star sempre avante:
V' è Bubasti la Dea, è quel bue santo
Api, ch' ha così vario e bello il manto.

334

V' è quel, ch' al labbro suol tenere il dito,
Che mostra altrui, che pian l' aura respiri;
V' ha ancor gli usati sistri, e v' ha il marito,
Il non appien giammai cercato Osiri:
La peregrina serpe il sacro rito
Non vuol, che senza lei s' osservi e miri;
Or alla mente sua qual fosse desta
La Dea, con questo suon si manifesta:

Cressa manus tollens, rata sint sua visa precatur:
Ut dolor increvit; seque ipsum pondus in auras
Expulit, et nata est ignaro foemina patri;
Jussit ali mater, puerum mentita; fidemque 705
Res habuit: neque erat facti nisi conscia nutrix.
Vota pater solvit, nomenque imponit avitum.
Iphis avus fuerat: gavisa est nomine mater,
Quod commune foret, nec quemquam falleret ille.

702. **Rata sint.** *Exitu ipso comprobentur. Videtur autem Telethusa putare non satis potentem esse Isidem, nisi coelestibus etiam annuentibus ejus promissis.*

703. Seque. *Citra opem obstetriciam, ne qua forte compotrix foeminam natam patri indicaret: conscia tantum nutrice.*

709. Quod commune foret. *Puero et puellae: nam* Iphis *tam foemina quam mas appellari potest.*

335

O Teletusa mia devota e fida,
Da parte poni ogni timore e noja;
Nè ti curar farti al marito infida,
Quale il parto si sia, non far che muoja:
Son Dea, ch'a chi nel mio poter confida,
Ajuto soglio ognor portare e gioja:
Nè d'aver ti dorrai l'altare ornato
Di lume, incenso, e mirra a un Nume ingrato.

336

Detto ch'ebbe così, la Dea disparse,
E'l sonno lasciò lei libera e viva,
E tal fu la pietà, che 'l petto gli arse,
Che lasciata di sè la piuma priva,
Piegate le ginocchia, ov'ella apparse,
Prega di cor la gloriosa Diva,
Che quel, ch'ha il sogno a lei mostrato, approvi,
E al mal che non vuol far, rimedio trovi.

337

Trova sua confidente una ostetrice,
E appien del suo pensier la rende accorta,
Che servia ancor col latte di nutrice,
E lei vuol sola al letto arbitra e scorta;
Crescon le doglie, e al giorno almo e felice
Dal chiostro oscuro il peso si trasporta:
Figlia si trova, e la nutrice mente,
E fa creder ch'è maschio al suo parente.

338

Il padre sull'altar fa batter l'ale
Al foco, e poi dall'avo Ifi l'appella:
La madre è lieta, poichè il nome è tale,
Che si conviene all'uom e alla donzella;
Ifi la madre sua propria e carnale
Lascia, ed ha dalla balia la mammella,
La qual lontan dal padre la fanciulla
Tutti gli anni nutrì ch'aman la culla.

Impercepta piâ mendacia fraude latebant. 710
Cultus erat pueri: facies, quam sive puellae,
Sive dares puero, fieret formosius uterque.
Tertius interea decimo successerat annus;
Cum pater, Iphi, tibi flavam despondet Ianthen:
Inter Phoestiadas quae laudatissima formae 715
Dote fuit virgo, Dictaeo nata Teleste.
Par aetas, par forma fuit: primasque magistris

716. Dictaeo Teleste. *Cretensi: à Dicte namque monte Cretae* Dictaeus *declinatur.*

717. Primasque. *Disciplina plane Laconica; siquidem in iisdem gymnasiis, sub iisdem magistris artium imbiberint elementa* grandis virgo, bonusque puer, *ut habet Martialis lib. 8. epigr.* 3.

339

Con pia fraude l'infame oltraggio,
E fero al padre rio pietoso scorno:
E già nel mese il qual precede al Maggio;
Dal dì, che il suo natal diede Isi al giorno,
Tredici volte il pin, l'abete e 'l faggio,
Avean di nove chiome il capo adorno:
Ed ei nel volto, u' fer le grazie il nido,
Avea Venere impressa e 'l suo Cupido.

340

Pinga un'immagin Zeusi, un'altra Apelle,
E sian Venere vergine, e Narciso,
E ignude mostrin le lor membra belle,
E non manchi al lor corpo altro, che'l viso;
Se l'aria a lor daran, che fer le stelle
Piover sopra costei dal paradiso;
Ognun dirà Narciso e Citerea
Altro viso, che quel, non vi volea.

341

Dappoich' all'uso uman la Dea Sicana
Sopra duo lustri diè la terza arista,
Dal dì, che la sembianza alma ed umana
Il mondo allegro fe' della sua vista;
Il padre Litto la sua mente spiana,
E rende la consorte afflitta e trista,
Mentre le dice allegro il core e 'l ciglio,
Ch' ha dato moglie a lei, che crede un figlio.

342

Ho, dice, al figliuol nostro oggi trovata
Una sposa leggiadra, accorta e onesta,
Nobil secondo il nostro stato, ornata
D'ogni maniera affabile e modesta:
E' questa Iante di Teleste nata,
La cui bontade a tutti è manifesta:
Sicchè abbi l'occhio a quel, che si richiede,
Che tosto eseguirem la data fede.

Accepêre artes elementa aetatis ab ïsdem.
Hinc amor ambarum tetigit rude pectus: et aequum
Vulnus utrique tulit, sed erat fiducia dispar. 720
Conjugii pactaeque expectat tempora taedae:
Quamque virum putat esse, suum fore credit Iänthe.
Iphis amat, qua posse frui desperat, et auget
Hoc ipsum flammas: ardetque in virgine virgo.
Vixque tenens lacrymas, Quis me manet exitus,
inquit, 725

720. Sed erat fiducia dispar. *Nam Iphis diffidebat se viri officio fungi posse. Ianthe vero contra fidebat se munera mulieris satis obituram.*

343

L' afflitta Teletusa il volto lieto
Mostra, ma dentro il cor sente la doglia,
Che teme, ch' a scoprir s' abbia il secreto,
Ch' ascoso sta sotto mentita spoglia:
Pur con giudizio subito e discreto,
Dice, ch' alquanto ancor pensar vi voglia,
Che 'l figlio è delicato e desioso,
E in troppo verde età vuol farlo sposo.

344

Stassi nel suo parer costante Litto,
E vanne intanto, ove il negozio il chiama;
E lascia la moglier col core afflitto,
Che d' allungar le nozze intende, e trama:
E ricorda alla Dea Santa d' Egitto
Quel, che già le promise, e quel che brama;
E col ginocchio umil, col cor intenso
Dona il foco all' altar col sacro incenso.

345

Ifi, sebben sapea, ch' era donzella,
Non restava però d' arder d' amore
Della promessa a lei sposa novella,
E molto pria comune era l' ardore:
Era ciascuna a maraviglia bella,
Ed ambe eran d' età sul più bel fiore;
E da' primi anni conversando insieme,
Reciproco l' amore era e la speme.

346

Ifi mentre fingea d' esser fanciullo,
A più d' una donzella accese il petto;
E l' ultimo bramar seco trastullo,
Quel, che può dare amor, maggior diletto;
Ed Ifi il lor desio non rendea nullo
Col mostrarsi contraria al loro affetto:
Ma solea con parer ben finto e saggio,
Lascivo riscontrar raggio con raggio.

Cognita quam nulli, quam prodigiosa, novaeque
Cura tenet Veneris? si Dí mihi parcere vellent:
(Perdere debuerant: si non et perdere vellent;)
Naturale malum saltem et de more dedissent.
Nec vaccam vaccae, nec equas amor urit equarum.
Urit oves aries; sequitur sua foemina cervum. 731
Sic et aves coëunt; interque animalia cuncta
Foemina foemineo correpta cupidine nulla est.

729. Naturale. *Ut viri, non virginis amore caperetur.*

347

Or mentre per mostrar, che la sua gonna,
Che porta come gli uomini, non mente;
Rende lascivo il sguardo a quella donna,
Che del suo amor conosce esser ardente;
Passa per gli occhi al core, e vi s' indonna
L' immagine d' Iante alma, e lucente,
E può sì d' una vergine il sembiante,
Ch' una rende di se vergine amante.

348

Quel voler finger l' uom, col tempo avea
Nell' immaginazion potuto tanto,
Che ingannò ancor se stessa, e le parea
D' esser quel, che mostrava il viril manto.
Or mentre, che d' amore ognuna ardea,
Odon, che i padri 'l matrimonio santo
Giurato han per lor due sul libro pio,
E fa crescer l' ardor d' ambe e il desio.

349

Pari eran dell' angelica presenza,
Quanto all'etate ognuna era fanciulla,
E pari ancor nella benevolenza,
Dacchè le membra lor lasciar la culla:
Ma fur dispari nella confidenza,
Che una molta n' avea, ma l' altra nulla:
Del par le strinse l' amoroso nodo,
Ma non si confidaro ambi ad un modo.

350

Si confidava ben la bella Iante,
Nella guerra d' amor lieta e giojosa
Di star al par del suo diletto amante,
E fare appien l' uffizio della sposa:
Ma l' altra, che suol l' uom tenere ascosa,
Non avea fè nell' amoroso invito,
Di fare appien l' uffizio del marito.

Vellem nulla forem: ne non tamen omnia Crete
Monstra ferat; taurum dilexit filia Solis: 735
Foemina nempe marem: meus est furiosior illo,
Si verum profitemur, amor: tamen illa secuta est
Spem Veneris: tamen illa dolis et imagine vaccae
Passa bovem est: et erat, qui deciperetur, adulter.
Huc licet è toto sollertia confluat orbe, 740
Ipse licet revolet ceratis Daedalus alis;

735. Filia Solis. *Pasiphaë.*

738 Dolis etc. *Inclusa vaccae lignaee, Daedali opera, ut habent mythologi, vide Natal. Comitem lib. 6. cap. 5. et adi Martialem lib. spectacul. epigr. 5. quod et repraesentatum à Nerone. Svetonius in vita ejus, cap. 12.*

351

E pur ardea di lei sì caldamente,
Avea sì acceso il cor d'unirsi a lei,
Che'l più caldo garzon forte e possente,
Ch'uscisse mai de' regni Citerei,
Bramati non avria con più fervente
Ardore e sete i promessi Imenei:
Poi vedendo il suo errore e il suo difetto,
Solea sfogar il cor con questo affetto:

352

Che fo, misera me, che fine attendo
Di questo mostruoso e nuovo ardore?
A che folle desio la mente intendo?
Perchè seguo io sì manifesto errore?
Me stessa con altrui del tutto offendo,
Col manto finto altrui, me con l'amore:
Che 'l cor, che in una vergine si tiene,
Fonda in un'altra vergine la spene.

353

Deh, sommi Dei della celeste corte,
Senz'aver l'occhio a' miei commessi errori,
Fatemi, prego, grazia della morte
E date fine a' miei nefandi ardori:
O se per darla alle tartaree porte
Non volete da me l'alma trar fuori,
Datemi un'altra pena, e ancorchè dura,
Contro l'uso non sia della natura.

354

Se 'l toro contro il toro alza le corna,
Per la femmina il maschio il cozzo attacca;
Ma la vacca non mai la vacca scorna
Per acquistar l'amor d'un'altra vacca;
Per un'agnella amabile ed adorna
Il monton al monton le corna fiacca;
Ma non cozza giammai la lor sorella
Per guadagnar l'amor d'un'altra agnella.

Quid faciet? num me puerum de virgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit Iänthe?
Quin animum firmas, teque ipsa recolligis, Iphi:
Consiliique inopes et stultos excutis ignes? 745
Quid sis nata vide: (nisi te quoque decipis ipsam)
Et pete quod fas est: et ama, quod foemina debes.
(Spes est quae capiat: spes est quae pascat amorem)

742. Dictis artibus efficiet. Doctis artibus *vetustiores plerique: recte: quamquam pro vulgata pugnat amicus noster curis ad Gratium secundis: nullas Daedali artes recensuit Naso, praeter volatum: qui hic locum non habet: mox* animum firmas *dixit, pro* obfirmas*: atque ita fortassis scribendum.*

355

L' amata sposa sua vagheggia il pardo,
E poi la invita all' amoroso gioco:
Rende all'amata il bel colombo il guardo,
E dati i baci, al lor desio dan loco:
Sente il delfin dall' amoroso dardo
In mezzo a tanto mar l'ardor del foco:
Lo stesso ardor la sua consorte preme,
E alfin del lor amor godonsi insieme.

356

Non so in terra trovar, nè in mar, nè in cielo,
Che femmina di femmina s'accenda:
Una non v'è, che l' amoroso zelo
Tutto a piacer al maschio non intenda:
Sol' io di donna un bel corporeo velo
Bramo, che del suo amor lieta mi renda:
Sol'io vorrei l' ardente mio desio
Sfogar con donna, e pur son donna anch' io.

357

Piacesse agli alti Dei, che io fossi nulla,
Ch' oltre ch' io fuggirei tanto tormento,
Non si diria, che in Candia ogni fanciulla
A mostruoso amor drizza il suo intento:
La figlia di quel Dio, ch' ebbe la culla
Dall' isola di Delo, amò l' armento:
Per eterno disnor d' esto paese
L' amor folle d' un bue l'alma gli accese.

358

Ma pur men folle amor la figlia strinse
Del Sol, poichè nel maschio ebbe il pensiero:
Che il fabbro almeno a lei la vacca finse,
E con tant' arte ascose al toro il vero,
Ch' all'amoroso assalto alfin l' astrinse,
E fe', ch' ella il suo amor conobbe intero:
E potè almen sotto il mentito panno
Far adultero il bue col greco inganno.

Hanc tibi res adimit: non te custodia caro
Arcet ab amplexu, nec cauti cura mariti. 750
Non patris asperitas, non se negat ipsa roganti.
Nec tamen est potiunda tibi: nec, ut omnia fiant,
Esse potes felix; ut Díque hominesque laborent.
(Nunc quoque votorum pars nulla est vana meorum:
Díque mihi faciles, quidquid valuêre, dederunt.)

749. Hanc tibi res adimi. *Necessitas et sexus qualitas tibi hanc eripit, quam uxorem ducere cupis.*

754. Nulla est. *Sensus est: Etiam nunc ea quaecumque votis expetivi contingunt mihi, et Dii faciles, dant quaecumque optavi, scilicet ut Ianthen, et patrem illius et item meum, faventes atque paratos habeam. Una obstat mihi, quae caetera vincit omnia.*

359

Ma inceri pur di novo egli le piume,
E il temerario vol drizzi al mio lito,
E passi il sal del tridentato Nume
Per dar rimedio al mio folle appetito:
Potrà mai del suo ingegno il raro acume
Di femmina, che io son, farmi marito?
Potrà mai l'arte sua con ogni cura
Far forza al gran poter della natura?

360

Potrà mai l'arte sua, s'una è donzella,
Farla un fanciullo? e te far maschio Iante?
Deh stolta omai la mente a te rappella,
E d'amor natural renditi amante:
Scaccia da te l'ardor, che ti flagella,
Non voler nel tuo male esser costante;
Ma te medesma a te propria confessa,
E se fai cieco altrui, non far te stessa.

361

Non dee saggio pensier fondar l'amore
Dove convien, che'l fin sia ingiusto e nullo:
E se donzella sei, fa' vago il core
Di qualche innamorato e bel fanciullo:
E con santo Imeneo sfoga l'ardore,
Con quel, che più gli sposi aman trastullo:
E mentre ancor non hai l'amato bene,
Nutrito almen l'amor sia dalla spene.

362

I dolci baci, e i cari abbracciamenti,
Che del maggior piacer contentan dui,
Ti toglie il fatto in se, non de' parenti
L'asperità, non la custodia altrui:
Non del marito accorto i lumi intenti
Ti privan di quel ben, ch'ei vuol per lui,
Ella non t'è contraria, anzi ti chiama,
E lo stesso diletto attende e brama.

Quodque ego, vult genitor, vult ipsa, socerque futurus: 756
At non vult Natura: potentior omnibus istis;
Quae mihi sola nocet: venit ecce optabile tempus:
Luxque jugalis adest: ut jam mea fiat Iänthe;
Nec mihi continget: mediis sitiemus in undis. 760
Pronuba quid Juno, quid ad haec, Hymenaee, venitis
Sacra; quibus qui ducat abest, ubi nubimus ambae?

760. Mediis. *Allusum ad Tantali fabulam.*

363

Vuol meco il padre, il suocero, e la sposa,
E 'l mio voler d'ogni volere è donno,
Nè la fiamma sfogar posso amorosa,
Facciano uomini e Dei quel, che far ponno;
Nè a tanto mal son mai per aver posa,
S'alfin non l'ho da sempiterno sonno,
Che affligge il troppo ardor l'alma di sorte,
Che non può torle il duol, se non la morte.

364

Che giova a me, se la virtù celeste
Comparte tante grazie al voler mio?
Che, se 'l benigno suocero Teleste
Vuol col padre di me quel, che voglio io?
Che se le belle membra amate e oneste
Son pronte a compiacer il mio desio?
Se la natura mi rispinge e sforza,
Ch' ha d' ogni altro favor più spirto e forza.

365

Ecco vicino il desïabil giorno,
Che da' novelli sposi è sì bramato,
N' aspetta il letto nuzïale adorno
Per darne il ben, ch' amor può dar più grato;
Pronta ella attende il conjugal soggiorno,
Per far lo sposo suo di se beato:
Starem nel letto, avrem le voglie pronte,
E ne morrem di sete in mezzo al fonte.

366

Gli sposi aman veder l'ardenti stelle,
Tostochè l'alba desïata arriva,
Per godersi le membra amate e belle,
Chi dell'amato suo, chi della diva:
Sol io, misera me, non son di quelle,
Ch' abbia l' aria a bramar del giorno priva,
Ma pregherò, che 'l Sol più tempo aggiorni,
Perchè da me medesma io non mi scorni.

Pressit ab his vocem: nec lenius altera virgo
Æstuat: utque celer venias, Hymenaee, precatur.
Quod petit haec, Telethusa timens, modo tempora differt: 765
Nunc ficto languore moram trahit: omina saepe,
Visaque causatur: sed jam consumserat omnem
Materiam ficti: delataque tempora taedae
Institerant; unusque dies restabat: at illa

763. Pressit ab his vocem. *Post haec inquit siluit.* Altera virgo. *Ianthe, quae Iphin, cui fuerat desponsata, marem esse credebat.*

367

Ch' oltre che 'l finger mio sarà scoperto,
Non serverà la fè, che or mi mantiene,
Ch' or, che ne spera l'amoroso merto,
M' ama, e desia d' unirsi a tanto bene:
Ma se l'inganno mio le sarà certo,
Non fonderà più in me l'amata spene:
Nè vorrau le sue grazie alme e divine
Amar senza speranza, e senza fine.

368

Pronuba Giuno, e voi sacri Imenei,
A che fin concorrete al nostro invito:
Poichè sposo io non son per menar lei,
Anzi noi ce n'andiamo ambe a marito?
O superna pietà! superni Dei!
Porgete aita al mio duol infinito:
E se rimedio i miei desir non hanno,
Fate cadere in me l' ultimo danno.

369

Con questi ed altri assai gridi e lamenti,
Seguiti dalle lagrime e dal pianto,
Sfogava l' una sposa i suoi tormenti,
L'altra era nell'amor calda altrettanto;
Ma non si dolea già con mesti accenti,
Anzi attendea quel dì beato e santo:
Che non sapendo il mal, ch'all'altra preme,
L' amor pascea con la creduta speme.

370

Sol dello Dio doleasi illustre e biondo,
Che troppo trattenea nell' aere il giorno;
Biasmava poi la Dea, ch'adombra il mondo,
Che troppo pigra già rotando intorno;
Ed attendea quel dì grato e giocondo,
Che con lo sposo far dovea soggiorno:
E chiamava Imeneo con quello affetto,
Che si richiede a tanto almo diletto.

Crinalem capiti vittam nataeque sibique 770
Detrahit : et passis aram complexa capillis ,
Isi , Paraetonium : Mareoticaque arva , Pharonque
Quae colis , et septem digestum in cornua Nilum ;
Fer , precor, inquit, opem : nostroque medere timori.
Te Dea, te quondam, tuaque haec insignia vidi, 775
Cunctaque cognovi; comitesque, facesque, sonumque

772. Isi. *Supra v.* 688. Paraetonium . *Quam colit Ægyptus , in qua Paraetonium opp. et portus; Mareotis palus ; Pharos insula Alexandriae objecta , turri et specula lucernis instructa nocturnae navigationi accommoda illustris; et Nilus septem ostiis se in mare exonerans.*

773. In septem cornua. *Ostia.*

775. Tuaque haec insignia vidi. *In ara namque Isidis ea omnia simulachra erant, quae per somnum viderat Telethusa.*

371

Ma se la bella Iante il Sole accusa,
Che troppo tardo al fin del giorno giunge,
L'incolpi la dolente Teletusa,
Che troppo i suoi cavalli affretta e punge,
E cerca tuttavia novella scusa,
Che l'ajuti a menar le nozze lunge:
Finge or, che'l finto maschio alcun mal punga,
Or con augurj e sogni il tempo allunga.

372

Ma già gli augurj, i sogni, e 'l corpo afflitto
Ed ogni altra materia di bugia
Tutta avea consumata, e 'l dì prescritto
Esser dovea nell' alba, che venìa:
Ricorre al tempio all' alma Dea d'Egitto,
Ed ha la mesta figlia in compagnia,
E chinata il ginocchio, e sparsa il crine,
Così prega le menti alte e divine:

373

O santa Dea, del Paritonio lido
Amica, e della torre alta di Faro,
E del bel regno ov' ha quel fiume il nido,
Che va per sette bocche a farsi amaro;
Tu sai quanto vêr te lo spirto ho fido,
Tu, che l'interno cor vedi sì chiaro,
Se 'l male è giunto a me dal tuo consiglio,
Provvedi a me d'ajuto, e al finto figlio.

374

Quando per tua pietà ti concedesti
Con questi suoni in sogno al mio pensiero,
Conobbi queste insegne, e queste vesti
E le lucide corna, e'l cane altero,
La spiga, e l'oro, e 'l serpe, e tutti questi
Numi, che 'l tuo poter mostrano intero;
E al mio marito incauto il lume tolsi,
E le tue sante note eseguir volsi.

Sistrorum: memorique animo tua jussa notavi.
Quod videt haec lucem, quod non ego punior ipsa;
Consilium monitumque tuum est: miserere duarum,
Auxilioque juva: lacrimae sunt verba secutae. 780
Visa Dea est movisse suas (et moverat) aras.
Et templi tremuêre fores, imitataque Lunam
Cornua fulserunt; crepuitque sonabile sistrum.

783. Crepuitque sonabile sistrum. *Dextra ferebat aereum crepitaculum cujus per angustam laminam in modum Balthei recurvatam, trajectae mediae paucae virgulae, crispante brachio tergeminos jactus, reddebant argutum sonorem. Apul. de Iside lib.* 11. *Metamorph. Quin et sistri formam et formae rationem, vide apud Plutarch. in lib. de Iside et Osiride.*

375

Costei, ch' innanzi a te la luce gode,
Per lo consiglio tuo spira e favella:
Se punita io non son della mia frode,
Vien dalla tua vêr me propizia stella,
Or questa, che ti rende onore e lode,
Salva dal mal, che l' ange e la flagella:
Tu la salvasti già, salvala ancora,
Nè voler, ch' io per ubbidirti mora.

376

Qui pose fine a' suoi preghi divoti
La madre vêr la Dea non senza pianto,
E in segno che seguir doveano i voti,
Tremò del sacro altare il marmo santo:
Lasciar gli stupefatti Sacerdoti
De' sacri carmi il gloriöso canto:
Tremar del tempio le gran porte e i palchi,
E 'l suon dier fuora i sistri e gli oricalchi.

377

L' argento, ond' ha la Dea la testa adorna,
Della Luna imitar volle l' esempio,
E venner luminose ambe le corna,
E 'l lume lor mandar per tutto il tempio;
La madre alla magion non certa torna
Del tutto di fuggir l' occulto scempio:
Pur dell' augurio buon l' alma ha più lieta,
E spera più nella divina pieta.

378

Ifi segue la madre, e 'l passo molto
Move maggior del solito costume,
Ed è più grande alquanto, e non ha il volto
Tanta delicatezza, e tanto lume,
Ed ogni membro suo più forte e sciolto
Sente, e volge alla madre il moto e 'l lume;
Ed ode, come il suo parlar mosso have,
La voce più robusta, e men soave.

Non secura quidem, fausto tamen omine laeta 784
Mater abit templo: sequitur comes Iphis euntem,
Quàm solita est, majore gradu: nec candor in ore
Permanet: et vires augentur; et acrior ipse est
Vultus: et incomtis brevior mensura capillis.
Plusque vigoris abest, habuit quam foemina: jam, quae 789
Foemina nuper eras, puer es: date munera templis;

379

La madre la sonora ode favella,
E incontra il guardo con la sua pupilla,
E vi trova quel ben, che la donzella
Suol ritrovar nella viril favilla:
La fronte sua, ch'all' nom parria men bella,
A lei par più felice, e più tranquilla,
E mentre il guarda ben dal sommo al fondo,
Men pien ha 'l petto, e'l crin corto, e men biondo.

380

Mentre stupiscon lor l'orecchie fiede
Un suon, che vien dall' aere in queste note:
Non vi rallegri il cor timida fede,
Ma l'opre sante mie rendete note.
Come vero fanciullo esser si vede
Ifi, va con parole alme e devote
Al tempio con la madre e la nutrice,
E paga il voto, e 'l suo miracol dice.

381

Palesa a'sacerdoti il suo don fido,
E pon l'asse all' altar col carme scritto:
Nel tempio il sacerdote alza col grido
Il raro don, che fe' la Dea d'Egitto:
La fama andò col vol di lido in lido,
E mosse tutta l'isola a quel dritto;
E d'ogn' intorno il mondo ancor vi mosse,
E voller, che quel dì solenne fosse.

382

Intanto suona a Litto un altro carme,
Dove in disparte all' opra intende agreste:
Non mover, dice, più timido l'arme
Nell'alme, che 'l tuo sangue incarna e veste;
Fa', che a soffrir la povertà ben t'arme,
Nè diffidar della pietà celeste;
Loda della tua moglie il santo zelo,
Col gran favor, che gli ha fatt' oggi 'l cielo.

Nec timidâ gaudete fide: dant munera templis:
Addunt et titulum: titulus breve carmen habebat:
Dona puer solvit, quae foemina voverat, Iphis.
Postera lux radiis latum patefecerat orbem;
Cum Venus, et Juno, sociosque Hymenaeus ad ignes
Conveniunt: potiturque suâ puer Iphis Iänthe.

Finis libri IX.

383

Attonito il buon uom del pio consiglio,
Che parla a lui dalla superna parte,
China il ginocchio, alza la mano e'l ciglio,
E rende grazie al cielo, e poi si parte:
Nel tempio poi, dov'è la moglie e il figlio,
Ode il divin favor parte per parte:
E mentre ognun la Dea loda col canto,
Pentito e chin la loda egli col pianto.

384

L'altro mattin dopo il solenne giorno
Avea già il sole il mondo al mondo aperto,
Quando il notturno quei lasciar soggiorno,
Ch'all'amor dar dovean l'ultimo merto,
Tostochè 'l carro suo di stelle adorno
La notte avesse agli uomini scoperto;
E pregaro Imeneo, Venere, e Giuno
D'ogni favor più proprio, e più opportuno.

385

Giunone ed Imeneo con Citerea
Lasciar quel giorno il mondo delle stelle,
E fe' risplender l'una e l'altra Dea,
Con Imeneo le più chiare facelle:
Nel letto, che lo sposo usar solea,
Fer d'ambi entrar le membra ignude e belle,
E col favor dell'alme elette e sante,
Ifi godè fatt'uom la bella Iante.

Fine del libro IX.

ANNOTATIONES

IN METAM. OVIDII.

Lib. VII. vers. 3. Phineus. *Phineus rex Arcadiae Plexippum et Pandiona ex Cleopatra Boreae et Orithiae filia natos falso ab Harpalice, Diodoro, Idaea, superinducta iis noverca, insimulatos occaecavit. Quam impietatem caecitatis talione ulti Dii Harpyias insuper immittunt qui cibos ipsi appositos raperent foedarentque. Sed vide Diodorum lib*, 5. *cap. de Argonautis, et Palaephatum de Phineo.* Juvenesque. *Argonautis à Phineo benigne exceptis, et de itinere atque expeditione admonitis, Calais, et Zetes alati Boreae filii, Harpyias ad Ins. Plotas inde Strophades dictas fugarunt.*

Vers. 155. Auro. *Aureo vellere. Sed quid illud? Utrumme aries vere aureo vellere insignis ex Mercurii contactu? ut volunt Orpheus, Apollonius, Catullus, cujusmodi à Simonide vocantur purpurea aut candida. J. Tzetz.* Ηρόζατα χβυσόχαρα φροντα τήν εμίαν? *An nativo insignia rutilo, qualia habet Iberia: quippe ibi talento singulos emi arietes* ιςτὰς ὀχεί ας *refert Strab. l.* 3. *Spart. in vita Diadumeni inter imperii adipiscendi omnia recenset in agro patris ejus oves purpureas natas. Vide quae nos ad Thyesten Senecae v.* 222 *de arcano Tantalidarum arietes et sceptro aurato. An forte phiala erat aurea, cujus in medio prominebat caper, aut agnus aureus? ut habet Athenaeus, lib.* 6. *cap.* 4. *An opulentia Scytharum, apud quos aurifodinae, nec non armenta auri fluminibus devecta et ab incolis excepta tabulis perforatis, et velleribus transverso flumine suspensis, Phryxo prius, deinde Jasoni expeditionis causam, poetis fabulandi argumentum dederunt? An utique templum erat à Phryxo, qui Chalciopen regis Colchici filiam duxerat, conditum, auroque quod ex Graecia secum abstulerat, aliisque* αναθήμασι *ditatum, ad quod vel repetendum, vel etiam praedandum navigarunt Argonautae, spoliatum id Pharnace prius, deinde à Mithridate Pergameno tradit Strabo l.* 11. *An denique liber membranaceus ex arietum pellibus contextus, auri per chymiam conficiendi artem continens? ut inter alios, in* δέρας *Suidas. De aureis malis* τοῖς μηλοις, *vide l.* 4. *v.* 638. *Qui ad mores fabulam referunt, Jasonem volunt à Chirone educatum: doctumque* ἴασιν, *artem medendi sanandique tum mentis tum corporis morbos, accepisse. Medeae itaque id est* μήδεος, *consilii ope violentorum affectuum tauros, injuriae, fraudis, avaritiae, libidinis, aliorumque vitiorum serpentes domuisse.*

Vers. 439. Cercyonis. *Latronis, qui viatores in palaestra victos, aut etiam certare recusantes interfecit. Pausan. in Atticis.* Eleusis. *Eleusis autem vicus est et urbs Atticae, ubi Cereris est templum. Apud Eleusim autem Cereris mysteria cognomento majora celebrabantur, sicut Argis, qui et ipse Atticae vicus est, minora in honorem Proserpinae, in Herculis gratiam instituta: cum majoribus initiari, qui civis et indigena non esset, legibus prohiberetur.*

Vers. 447. Scopulis nomen Scironis inhaeret. *Scironides petrae Atticis finibus imminent, juxta mare transitum non relinquentes. Supra eas autem est via in Atticam atque Megara ab Isthmo ducens, Caurum quoque ventum ab illis saxis flantem, procellasque cientem, Scirona Athenienses vocant. Fingit autem poeta ossa Scironis in mare projecti fuisse in scopulos conversa.*

Vers. 456. Bella parat Minos. *Minoëm Jovis filium ex Europa regem fuisse Cretae notius est, quam ut sit exponendum. Huic Androgeus filius fuit athletico certamine clarus, qui cum Athenis ex Palaestra victoriam reportasset, maximam in se invidiam concitavit. Quapropter insidiis Ægaei Atheniensium regis occisus, cum domum non rediret, Minos pater adversus Athenienses bellum movit, ipsis et pestilentiam et famem imprecatus, ut Androgei caedem ulcisceretur. Prius autem quam oppugnare coepisset Athenas, varia sibi auxilia comparavit, quasdam insulas expugnavit, quas enumerat poeta.*

Vers. 464 Planamque Seriphon. *Seriphos una est ex Cycladibus, adeo lapidosa, ut qui Seriphiis convicientur, id inspectu obvenisse Gorgone causentur. Vel* κατ' ἀντίφρασιν, *quasi quae minime plana sit, sed aspera ac petricosa: vel, ut supra, planam ac humilem.*

Vers. 465. Marmoreamque Paroo. *Paros etiam una est ex Cycladibus, primo Platea, deinde Minois appellata, quae lapidem producit, quem parium vocant, ad marmoreas sculpturas aptissimum.* Quamque impia prodidit ec. *Quaenam fuerit illa Sithonis puella, quae accepto auro hostibus Arnen insulam prodiderit, atque in monedulam avem auri maxime furacem conversa fuerit, non memini me legisse.*

Vers. 469 At non Oliaros. *In longe vetustissimo Virgilii codice bibliothecae Mediceae l. III. Æn. Olearos scribitur: quomodo et alii cum hoc Mediceo, quotquot videre contigit codices:* Ὠλέαρος *etiam Straboni est: at Stephano et Ptolemaeo* Ὠλίαρος. At non Oliaros etc. *Insulae sunt Ægaei ex Cycladibus, quae Minoi adversus Athenienses auxilium non tulerunt.* Didymeque. *Insula est à figura sic appellata: gemella namque videtur. Quare conjectura ducor hoc loco legendum* Didymeque et Tenos et Andros. *Duae enim insulae à Stephano dicuntur esse, non longe à Syro sitae.* Et Tenos. *Insula est una ex Cycladibus Tenos urbem non sane magnam habens, verum Neptuni fanum amplissimum in luco extra muros spectatu dignum.* Et Andros. *Una est ex Cycladibus Andros, ab Andro Anii filio cognominata.*

Vers. 720. Quaerere. *Sic narratur haec fabula ab Antonio Liberali.*

Κέφαλος, *inquit*, ὁ Δηΐονος ἔγημεν, *etc. Cephalus Deionis filius Procrin Erechthei filiam in Thorico Atticae duxit. Erat is Cephalus juvenis forma et fortitudine excellens, cujus pulchritudine mota aurora eum rapuit, sibique maritum adscivit. Tum igitur Cephalus Procrin tentavit, an matrimonii fidem et illa servatura esset. Venatum aliquando se ire simulat, ad Procrin autem mittit servum ignotum, qui magnam auri vim ferens, hoc ei á peregrino quodam ipsius amore capto, dari ait, si sui copiam faceret. Procris renuit, sed cum duplum mitteretur, consentit. Cephalus ubi eam domum ingredi animadvertit, jamque ad se, quem aliud putabat, accumbere, facem ardentem infert, facinusque ejus arguit fab.* 41 *Tzetzes* 1. *Chil.* 20 *narrat deprehensam à Cephalo cum Pteleonte juvene, à quo acceperat auream coronam. Hyginus fab.* 189.

Vers. 782. Fera. *Vulpem hanc Teumessiam à Thebanorum vico Teumesso vocat Paus. in Boeot. Palaephatus et Tzetzes* 1 *Chil.* 20. *Hi virum ajunt fuisse cui nomen Alopex, qui á Thebanorum rege propter astutiam suspectus et urbe expulsus, valida militum manu Teumessum collem occupavisse, hunc Cephali auxilio adjutos Thebanos tandem devicisse. Tzetzes addit Canem hunc virum fuisse quo usus est conciliatore Cephali et Procridis Minos, eundem cum triremi veloci insequeretur Alopeca, utrumque fractis navibus periisse in petris marinis.*

Lib. VIII. vers. 1. Jam nitidum retegente diem. *Reditum Cephali cum auxiliis ab Æaco acceptis poeta describens, concinne octavum cum septimo libro connectit.* Retegente. *Aperiente et ostendente.* Noctisque fugante *Utrumque ab altero pendet. Cum enim retegitur dies, nox fugatur et contra.*

Vers. 2 Lucifero. *Lucifer autem stella est Veneris, quinque errantium infima, terraeque proxima, ut scribit Cic. in lib. de Nat. Deorum.* Cadit Eurus. *Flare desinit.*

Vers. 14 Vocalibus. *Alcathoo Megara moenibus cingenti operam navans Apollo lyram deposuit, sonus autem lyrae in lapides subjectos transiit: ita ut si quis calculo eos percusserit, eundem quem pulsae fides, sonum redderent. Pausan.*

Vers. 260. Fatigatum. *Fugientem ex Creta in Siciliam insequutus est Minos, profugum reposcens: supplicem hospitem tuebatur Cocalus rex, qui et Minoa benigne excepit: filiae tamen Cocali Minoem in baleno suffocasse dicuntur. Virg. Æn.* 6. *Daedalum Cumas Italas appulisse primum canit. Vide Fr. Baconi Daedalum.*

Vers. 306. Leucippusque ferox. *Leucippum hunc Apharei fratrem accipio, Perierei filium natu minorem, quandoquidem, proximo loco Lyncei mentionem fecit. Fuit autem hic Leucippus pater Elairae et Phoebes, quas Castor et Pollux abducere conati, á fratribus Ida et Lynceo prohibiti fuere, altero illorum etiam occiso.* Iaculoque insignis Acastus. *Peliae filius hic fuit, de quo supra in fab. Medeae et Iasonis*

Vers. 312. Naryciusque. *Naryx enim Locrorum urbs, qui Leleges aliquando appellati.* Panopeus. *Hic Phoci filius fuisse videtur, pater Ephei,*

qui equum Durateum fabricatus postea fuit. Hyleus. *Hunc, conjectura quoque adductas, puto esse, qui Melanionem Atalantae amatorem in venatione occidit, aemulatione et invidia motus, eo quod et ipse amore ejusdem puellae teneretur.*

Vers. 314. Antiquis Amyclis. *Amyclae urbs est Laconiae, ab Amycla Lacedaemonis filio aedificata, atque cognominata. Fuerunt etiam Amyclae in Italia Lacedaemoniorum colonia inter Caietam et Terracinam, quae incendio perierunt: unde Virgil. eas tacitas appellavit.* Tacitis regnavit Amyclis. Quos Hippocoon. *Filios suos 4, quos Alcimum, Enaraephorum, Dorceum, Sebrum Pausanias nominat in Laconicis.*

Vers. 548. Fecitque. *Qui autem Achelous Theseo Calydone Athenas proficiscenti obstare potuerit, haeret Glareanus, ego non video.* Fecitque moras Achelous. *Acheolus Oceani et Tethyos filius fuisse ab Hesiodo scribitur. Is cum peteret Deianiram Oenei Calydoniae regis filiam, Herculem in se convertit, à quo superatus, in fluvio juxta Calydoniam labenti se occultavit, nomenque flumini imposuit. quod quidem á Pindo Thessaliae monte oritur, Ætoliamque ab Acarnania distinguit. Sane apud antiquos aquae generaliter* Achelous *dicebatur.*

Vers. 624. Haud. *Poetarum fabulas à Sacris fontibus derivatas probatum it Laur. Ramirez c.* 36 *Pent-contarchi, ex fab. Promethei, Diluvii, Phaethontis, ec. Sed actum agit. Hoc olim Patres omnes, qui adversus Gentes scripserunt. Euseb. lib.* 10 *praep. Evang. ex Clemente, Josepho, Porphyrio, Diodoro, aliis, ostendit eximias quasque disciplinas ab Ægyptiis et Hebraeis ad Graecos fluxisse. Quin et Clemens* 6 *et* 7 *Stromat. Graecos furti arguit, ut qui ab Hebraeis philosophiae scita sua hauserint. Dixi ad v.* 211. *lib.* 1 *adumbratum esse illum descensum Jovis sub mortali specie in Arcadiam ex historia quae habetur Genes. cap.* 18. *Quod id clarius liquet, ubi sub personis Jovis et Mercurii hospitio exceptorum à Philemone et Baucide, quos illi deduxerunt in montem postquam illi fuissent viciniae improbitatem, urbe et regione in lacum versa, representatur historia Lothi cap* 19. *Genes.*

Lib. IX. vers. 88. Divesque meo bona copia cornu. *Acheloi cornu á Naiadibus repletum variis fructibus, Copiae fertilitatis Deae fuit dicatum. Quod idcirco fingitur, quod Hercules in Calydoniorum gratiam fluvium Acheloum in alium cursum divertens, plurimos agros ex aquae irrigatione fertiles praestitit: Ætolis autem dono dedisse illud, quod* Amaltheae cornu *vocant, fingitur, fructuum omnium copia repletum.*

Vers. 690. Bubastis, *Diana Ægyptiis praecipue culta in urbe Bubasti. Herod. Euterpe. Gyrald. Synt.* 12. Variisque. *Bos ab Ægyptiis vice numinis cultus: insigne ei in dextro latere candicans macula: non est fas eum vita excedere: mersum itaque in fontes sacerdotes enecant, quaesituri alium quem substituant, ec. Plin. lib.* 8 *cap.* 46. *Hunc Epaphum Isidis filium fuisse scribit Herodotus in Thalia, et haec illi esse signa, in fronte maculam albam formae quadratae, in tergo effigiem aquilae, caetera nigrum, cantharum in palato, duplices in cauda pilos.*